

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 17 (1923)

Rubrik: Kleinere Beiträge = Mélanges

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 09.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

KLEINERE BEITRÄGE — MÉLANGES

Domherr Peter Hertin und Kardinal Schiner.

Der Priester Peter Hertin von Kippel (Lötschen) ist ein Zeitgenosse und treuer Mitarbeiter des Kardinals Matthäus Schiner gewesen. Seit 1492 Priester, war er 1497 Altarist (Altaris S. S. Nicolai et Catharinae) in Lötschen (Liech), wo er am 26. April 1503 das sogenannte Hertingerjahrzeit stiftete, an welches viele Familien des Tales und sogar des Berner Oberlandes beisteuerten. Interessant ist in der Stiftungsurkunde das Verbot, das Stiftungsvermögen in Kapitalien anzulegen und dafür Zins zu nehmen, was Wucher sei. Das Geld wurde gegen Grundpfand ausgeliehen und der jährliche Zins als Ertrag des Grundpfandes betrachtet. Am 17. Februar 1506 wurde Hertin Hofkaplan und Familiaris des Bischofs Matthäus Schiner, 1508 Pfarrer von Raron, 1514 Domherr.

Als Pfarrer von Raron kaufte Hertin 1508 mit Zustimmung von Bischof Schiner eine Karngilt für sein Jahrzeit (1). Am 16. Oktober 1513 machte er in der Pfarrkirche von Lötschen eine reiche Stiftung (6 Pfund Gilt und Güter in Sitten, im Wert von 210 rheinischen Gulden) an die Nikolaus- und Katharinenspfründe, deren Patronat seiner Verwandtschaft zuerkannt wurde durch Bischof Schiner am 14. August 1514 (2). Am gleichen Tage wurde die Pfründe auf Vorschlag des Patrons von Bischof Schiner dem Schüler Peter Brunner übergeben (3).

Als Anhänger des Kardinals hatte Hertin in seinem Heimattale wenig Erfolg. Am 13. Februar 1510 war die Talschaft Lötschen mit dem Zenden Leuk in Brig einem Bündnis mit König Franz I. beigetreten. Für die französische Partei arbeitete nämlich im Lötschentale der Vertreter des Tales im Landrat, der einflußreiche Christian Plast, welcher mit den Anhängern Georg Supersaxos zweimal mit dem Kirchenbann belegt wurde und sich in Rom verantworten mußte, wo er einige Zeit in der Engelsburg gefangen lag.

Hertin selbst teilte das Schicksal seines Freundes und Gönners, des Kardinals. Er wurde als residierender Domherr abgesetzt und verwaltete nacheinander die Pfarreien Mage und Raron. Später wurde er wiederum residierender Domherr, und Furrer nennt ihn 1534 im Verzeichnis der bischöflichen Generalvikare. Im gleichen Jahre besuchte Bischof Adrian I. von Riedmatten die Pfarrei Lötschen und machte auch Bestimmungen betreffend die Hertingerpfründe (4). 1541 machte Hertin sein Testament (5) und 1542 machte er noch verschiedene Schenkungen (Imesch). Eine unschätzbare Wohltat hat Peter Hertin seinem Heimattale erwiesen durch

die großmütigen Stiftungen an die Nikolaus- und Katharinenpfründe, die als Studentenpfründe bestand bis zur Visitation vom Jahre 1687.

Bemerkenswert ist die Form der Investitur in die Pfründe von Seite des Bischofs durch persönliche Überreichung eines Meßbuches aus den Händen des Bischofs in diejenigen des Benefiziaten (s. Nr. 3) und vorausgehender Vereidigung auf das heilige Evangelium, daß er dem jeweiligen Bischof von Sitten gehorsam sein und jene Kapelle und genannten Altar treu versehen und verwalten wolle.

Von Peter Brunner wissen wir nicht, wo er damals studierte und bei Grand, Walliser Studenten auf auswärtigen Hochschulen findet er sich nicht aufgeführt. Auch sonst ist von ihm nichts festzustellen, als daß er bald nach dem 5. Mai 1542 gestorben sein muß, da er unter diesem Datum eine Jahrzeit für sein Seelenheil stiftete (s. Nr. 5).

Das Testament von Peter Hertin (Nr. 5) ist bemerkenswert weniger wegen der darin vorkommenden genealogischen Angaben, die nur lokalgeschichtliches Interesse beanspruchen, als wegen der hier vorgesehenen Bräuche, die für die Geschichte der Liturgie wie für Recht und Volkskunde Beachtung verdienen und der vielen charakteristischen Einzelheiten. Auch die Verpflichtung des Rektors, einen Knaben zu unterrichten, ist wichtig.

*1. Bischof Matthäus Schiner gestattet den Kauf einer Korngilt
für das Hertingerjahrzeit.*

1508, April 2. Sitten, in castro Majorie
(Orig. Pfarrarchiv Lötschen D₆. Pergament mit hangendem Siegel).

Nos, *Matheus Schiner*, Dei ac Apostolicae Sedis gratia episcopus *Sedunensis*, prefectus et comes *Vallesii*, universis et singulis, quibus expedit, memoriae comendamus, quod exponente nobis venerabili viro *Petro Hertin*, curato *Rarognie*, nostro capellano, se et suos parentes singulari devotione erga Deum omnipotentem motos quoque suis praedecessorum atque suorum animabus melius suffragari valeant, unum anniversarium in ecclesia parochiali de *Liech*¹ perpetue annuatim certo modo celebrandum instituisse, nonnullosque redditus in et ex decima bladi et tritici et ordei ejusdem vallis, quae moventur de feudo ligio nostro nostrae ecclesiae et mensis episcopalnis *Sedunensis* ad incrementum et perfectionem ejusdem anniversarii acquisivisse, acquirere et emere velle, dum etsi laudem² a nobis obtinere valeat usque ad medium modium annualis et perpetui redditus. Nobis preterea eodem nostro capellano humilime precibus fusis supplicante istius hujusmodi divini cultus institutione pensata laudem et decretum nostrum praemissis acquisitionibus factis et faciendis usque ad summam supra enarratam cum condonatione et remissione totius commissionis, quae eorundem alienationem auctoritate nobis et nostrae mensae episcopali

¹ Lötschen.

² Franz. Iod, lateinisch laudemium, deutsch Lob, Gebühr für eine Lehenserneuerung.

devoluta est aut devolvi contingere, iri eisdem dignaremur. Sane igitur intuitu ante memoratae salubris institutionis, a quo divinae laudis ampliandae incrementum, animarum quoque suffragiis adminicula non dene-
gemus et singularibus meritis et scientiis ejusdem *Petri Hertin*, capellani nostri supradicti, exigentibus suae devotioni morem geramus propria non condescendentes, pro nobis et nostris successoribus episcopis *Sedunensibus* concedimus, admittimus, indulgemus quoque et facultatem praesentium tenore damus praefato oratori supplicanti et suis parentibus ac in predicto anniversario comparticipibus, ut ad id anniversarium emere et acquirere in, de et super decima supra inserta nostrae ecclesiae et mensae episcopalnis *Sedunensis* feudali, et ea feudali astrictione non obstante particulariter aut simul et semel usque ad dimidium modium mensurae in eadem valle consuetae semel et dumtaxat perpetui et annualis reditus libere possint et valeant omni postergatione et contradictione semotis, omnem laudem et commissionem inde nobis debitum, et, quae in futurum inde nobis deberi dinoscerentur, pro semel actione hujusmodi acquisitionis seu alienationis ad incrementum ejusdem anniversarii libere et pure nunc prout ex tunc condonantes et remittentes. Cetera feudali natura et astrictione ejusdem reditus seu usagii et inde in perpetuum immutata permaneant et nobis, nostris quoque successoribus et ecclesiae ac mensae episcopali *Sedunensi* in eisdem plenario jure salvo.

In quorum praemissorum fidem roborisque firmitatem has litteras sub notarii subsignati expeditione manuali nostro appendente sigillo communitas parti postulanti duximus concedendas. Datas *Seduni*, in castro *Majorie* in superiori stupa, die mensis Aprilis 1508.

De mandato praelibati reverendi domini nostri episcopi *Sedunensis*

Johannes Roten, notarius.

2. Kardinal Matthäus Schiner überträgt das Patronat der Nikolaus- und Katharinengräber der Familie Hertin.

1514, 14. Aug. Sitten, in castro Majorie.

(Orig. Pfarrarchiv Lütschen D₇. Pergament mit hangendem Siegel.)

Matheus, divina miseratione tituli sanctae *Potentianae* sacrosanctae *Romanae* Ecclesiae presbyter cardinalis, *Sedunensis Novariensisque* cathedralium ecclesiarum perpetuus administrator, praefectus et comes *Vallesii* marchioque *Viglevani* universis etc. Ad hoc, ut ecclesiarum omnium per civitatem et diocesim nostram *Sedunensem* consistentium status salubriter dirigatur, nostri pastoralis juxta debitum officii considerationem extendentes intuitu, in his libenter sistimus, per quae commoditati nostrorum subditorum, utilitati ecclesiarum, et maxime saluti animarum christofidelium providetur, divinus cultus conservatur, recte perficitur et augetur. Zelus igitur decoris domus domini, et incrementum cultus divini interdum exigunt, rationabiles causae suadent, et profectus salutis vivorum et defunctorum divini cultus pro augmento requirit, ut si ubi et quemadmodum possilitas, decentia,

aequitas, necessitas vel evidens utilitas prae se ferunt, capellae ad altaria in ecclesiis in honorem et sub vocabulis sanctorum aliquando instituantur sufficientibusque redditibus, emolumentis et proventibus dotentur. Quum itaque exhibita nuper nobis nostrum in Christo per dilectum, venerandum virum *Petrum Herti de valle Liech*, presbyterum canonicum *Sedunensem*, curatum *Rarognie* porrecta pro se petitio contineret, quod quandam cujusdam capellae ad altare et sub vocabulis sanctorum *Nicolai et Catherinae* fundationem parochiali in ecclesia sancti *Martini* praemissae vallis, nostrae *Sedunensis* diocesis, constructae, erectae et fundatae, et jam per eundem dominum *Petrum* tantum dotatae, ut illius fructus, redditus et proventus annuales usque ad valorem 20 librarum *Mauricensium* seu monetae *Vallesiana* ascendant; et instrumentum illius dotationis super augmentatione, presbyteri desuper institutione, missarum et anniversariorum per eundem presbyterum instituendum peractione, juris patronatus ipsi praelibato *Petro* et posteritati suae reservatione, electione personae idoneae praesuli seu ordinario praesentandi, praesentatione, resignatione, et omnibus aliis inibi contentis, per providum virum *Johannem Rotten de Rarognia*, publicum notarium confectum et subsignatum, atque universa et singula alia in eodem contenta, prout continentur, in toto et qualibet parte juxta vim, formam et tenorem seu continentiam ejusdem instrumenti praesentibus affixi accipere, approbare, laudare, admittere, ratificare, roborare, auctorizare, auctoritatemque nostram pariter et decretum interponere et confirmare dignaremur: Nos igitur, qui justis precibus assensum dandi semper presto sumus, petitione ipsius praefati domini *Petri* tenoreque, forma et continentia praefati instrumenti mature inspectis, lectis, intellectis et consideratis, visis itaque videndis, attentis attendendis et consideratis considerandis, matura deliberatione desuper habita: eandem fundationem praemissae capellae ipsumque instrumentum, de quo supra, et omnia ac singula in eodem ejus iuxta seriem contenta, ut suum sortiri valeant effectum et sortiantur, si et in quantum de jure possumus, accipimus, approbamus, laudamus, admittimus, ratificamus, roboramus, auctorizamus, auctoritatemque nostram pariter et decretum interponimus et confirmamus sicque accepta, approbata, laudata, admissa, ratificata, roborata, auctorizata, auctoritatemque nostram pariter et decretum interposita et confirmata praesentibus nostri appensione sigilli infrascriptique publici subsignatione notarii munitis eidemque domino *Petro* pro se et posteritate sua habendis, tenendis et utendis traditis attestamur.

Datis *Seduni*, in castro nostro *Majorie*, indictione secunda cum praesenti anno sumpta, die vero 14. mensis Augusti, anno Domini millesimo 1514 praesentibus ibidem venerabili et egregio viro *Adriano de Riedmatten*, canonico *Sedunensi*, provido viro *Caspere Schiner*, castellano *Anivisia*¹, *Antonio Baggun*, fabro *Sedunensi* et notario infrascripto.

Dicti de mandato rev^{m*i*} d. cardinalis

Petrus Emchen.

¹ Eifischthal, französisch Anniviers.

3. Kardinal Matthäus Schiner
übergibt die Nikolaus- und Katharinengräfin dem Schüler Peter Brunner.

1514, 14. Aug. Sitten, in castro Majorie.

(Orig. Pfarrarchiv Lötschen D₈. Pergament mit anhängendem Siegel.)

Nos *Matheus* etc., dilecto nobis in domino *Petro*, filio quondam *Petri Brunner* de *Liech*, scolari¹, salutem in domino sempiternam. Vitae et morum honestabilitas aliaque laudabilis probitas et virtutum merita, quibus apud nos fidedigno commendatus es testimonio, nos inducunt, ut ad gratiam tibi reddamur liberales. Cum igitur capella ad altare in honore et sub vocabulo SS. *Nicolai* confessoris atque pontificis et *Catherinae* virginis et martyris parochiali in ecclesia Sancti *Martini* ejusdem praemissae vallis noviter erecta² et fundata et usque ad valorem viginti librarum *Valesiensium* dotata jam vacet vacareque dignoscatur, et cum aliquam idoneam ad hoc personam nobis aut nostris successoribus canonice intrantibus *Sedunensis* ecclesiae praesulibus, quando et quoties eadem capella vacat, venerando viro *Petro Herti* de eadem valle presbytero, *Sedunensi* canonico, curato *Rarogniae* et familiari nostro, non tamquam canonico aut *Rarogniae* curato, sed tamquam privatae personae, et post ipsum proximis suis consanguineis tamquam verum ad fundatorem et patronum per nos pro se et suis quibus supra admissum jus praesentandi et eandem personam per nos et nostros quos supra successores acceptandi, instituendi et investiendi pertineat, prout hujusmodi patronatus de jure alias nostras patentes per litteras hodie die datae praesentium datas et nostri appensione sigilli et infrascripti publici subsignatione notarii munitas atque eodem domino *Petro* pro se et sua posteritate habendas et utendas concessas sufficienter constat et constare potest. Collatione igitur et provisione, quando et quoties praemissa capella vacat, praemissum ad dominum *Petrum* et suos quos supra pertinente, institutione vero et investitione ad nos et nostros quos supra jure communi et ordinario pertinente, beneficialem igitur titulum tibi conferendo, specialem facere et impendere gratiam volentes, qua, dum sufficientis fueris ad hoc aetatis et idoneus compertus, sacros, quos consequi desideras, ad ordines commode promoveri valeas, capellam ipsam, ut praemissum est, noviter erectam, fundatam et dotatam et adhuc vacantem humilimam praefati domini *Petri*, ejusdem capellae patroni, ad supplicationem seriosamque requisitionem nobis desuper factas atque personalem ad praesentationem proprii ipsius in persona, te etiam propria tua in persona nobis ad hoc praesentantis, tibi praesenti humiliter petenti et grate accipienti, quem eandem capellam ad obtinendum jam habilem et idoneum cognovimus, in nomine Domini una omnibus et singulis suis cum redditibus, proventibus, obventionibus atque juribus et pertinentiis suis universis tenore praesentium conferimus, assignamus teque instituimus,

¹ Vgl. Blätter aus der Walliser Geschichte I, 438.

² Es handelt sich um die Schenkung vom 16. Oktober 1513 durch Peter Hertin, welche eine zweite Stiftung der Pfründe heißt, die schon 1434 bestanden hat.

de eadem tibi providemus atque unius missalis per traditionem libri, quem nostris tenebamus in manibus, et a te receptionem investimus, prestito tamen per te nobis pridem sanctis Dei super evangelii corporali juramento, quod nobis nostrisque successoribus canonice intrantibus *Sedunensis* ecclesiae praesulibus fidelis et oboediens eris eidemque capellae et ejus altari fundationis juxta tenorem bene et fidelis deservias aut deservire facias, ita et taliter quod suis debitibus nequaquam frustretur obsequiis, et bona ipsius non distrahas neque alienes, neque distrahi aut alienari, quantum in te fuerit, quomodolibet permittas, verum distracta et alienata, si quae fuerint, pristinum in statum possetenus reducere tuo pro posse procurabis, ceteraque, quaeque facias aut fieri procurabis, quae in talibus de jure requiruntur et fieri debent atque bonus rector facere tenetur. Quocirca promittimus et praecipiendo mandamus oboedientiae sub pena praefato domino *Petro*, vel casu, quo infirmitate aut aliquo alio legitimo impedimento impeditus nequierit, universis et singulis aliis presbyteris, publicis tabellionibus et notariis et cuiilibet eorundem in solidum nostra *Sedunensi* in diocesi ubilibet constitutis et ad hoc per te vel tuum legitimum per procuratorem requisito vel requisitis, quatenus te vel legitimum tuo nomine tuum procuratorem realem, corporalem et actualem ipsius capellae universorumque jurium et pertinentiarum ejus requisitus vel requisiti ponat aut ponant, inducat seu inducant in possessionem, nihil de contingentibus essentialibus obmittendo, inductumque et positum protegat seu protegant, defendat seu defendant, de fructibus, quibuslibet redditibus, censibus, preventibus et obventionibus et pertinentiis universis tibi vel tuo procuratori tuo nomine praemisso respondeat aut respondeant, et quantum in eo aut in eis fuerit, ab aliis responderi faciat aut faciant. Debitores igitur quosque et reddituarios deinceps tibi vel praemisso procuratori tuo quaeque, quae debent nostra auctoritate persolvere faciat vel faciant, cogat vel cogant quosque aut quemque intrusum aut intrusos, illicitum aut illicitos, detentorem aut detentores inde nostra praemissa auctoritate prius auctus aut auctis.

In quorum omnium et singulorum fidem robur et testimonium praesentes litteras nostri appensione sigilli et infrascripti publici aubsignatione notarii munitas praestandas duximus et tibi concessimus. Datas *Seduni* suprema in stuba edium castri nostri *Majorie*, inductione secunda, die vero 14. mensis Augusti 1514, praesentibus ibidem venerabili et egregio viro *Adriano de Riedmatten de Vespio Sedunensis* et nostro familiari, provido viro *Caspere Schiner*, fratre nostro, castellano *Anivisii* et *Anthonio Baggun, Sedunensi*, fabro testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Dicti de mandato R^m Domini nostri cardinalis *Petrus Emchen.*

4. *Visitation in Lötschen von Bischof Adrian I. v. Riedmatten.*

1534, 13. Mai. Lötschen im Hause des Priors.
(Orig. Pfarrarchiv Lötschen. Pergament mit hangendem Siegel).

Adrianus de Riedmattun, dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Sedunensis, praefectus et comes patriae Vallesii, universis et singulis praef-

sentibus et futuriis has litteras visuris, lecturis pariter et earundem tenorem audituris et illis praesertim, quibus interest aut interesse poterit sive contigerit, quosque infrascriptum tangit negotium seu tangere quomodolibet poterit in futurum, salutem in Domino. Cum ex nostro pastorali officio ecclesiarum nostrarum in tota civitate nostrarae *Sedunensis* diocesis visitationis actum peregimus, ut rerum status salubriter dirigatur, extendentes intuitum in his nostris ecclesiis commoditati nostrorum subditorum et maxime saluti animarum christofidelium provideretur et incrementum divini cultus augmentaretur, ubi siquidem possilitas, equitas, vel evidens necessitas prae se ferunt. Qum itaque visitationis nostrarae actum peregimus in ecclesia parochiali sancti Martini vallis *Liech*, quoque nostrarae *Sedunensis* diocesis, ubi siquidem paucitatem sacerdotum comperimus fore propter exiguitatem et imbecillitatem proventuum, redditum et usagiorum dictae ecclesiae et altarium intro fundatatorum, ita ut duo sacerdotes altistarum super duobus beneficiis in eadem ecclesia fundatis commode se enutri non possint. Cum autem comperimus per dilectum nostrum in Christo venerabilem Dominum *Petrum Hertin*, olim curatum *Rarogniae*, canonicum *Sedunensem*, in dicta ecclesia Sancti *Martini* in *Lyech*, nostrarae *Sedunensis* dyocesis, fundatam esse capellam sive altare sub vocabulis et titulis sanctorum *Nicolai* et *Catharinae*, atque per eum fundatorem dotatam 20 libris annualis redditus sive census intragi pro emolumento rectoris ejusdem capellae pro tempore existentis, quam siquidem fundationem in scriptis redactam in nostris manibus tenebamus eamdemque perlegimus ac perfecta in eadem comperimus, per eum venerabilem fundatorem ejusdem capellae fuisse fundatum, institutum et ordinatum, quod rector existens pro tempore in eadem capella Sanctorum *Nicolai* et *Catharinae* sit astrictus tempore necessitatis, dum et quando requisitus fuerit, indigentibus administrare sacrosancta ecclesiastica sacramenta in ceterisque divinis officiis in dicta ecclesia adimplendis domino priori in juvamen et subsidium subsistere debere. Qua visa fundatione praescripti altaris sive capellae Sanctorum *Nicolai* et *Catharinae* participato consilio venerabilium dominorum d. *Petri Alletii*¹, decani *Sedunensis*, d. *Henrici Kalbermatters*², d. *Johannis Mercatoris*³, artium liberalium magistri, nec non praefati Domini *Petri Hertins*, canonicorum *Sedunensium*: Nos praelibatus episcopus *Sedunensis*, attendentes necessitates ecclesiae praescriptae atque parochianorum multitudinis, ita, quod unus sacerdos in tam ampla parochia et plurimum periculosa propter intempestatem nivium tempore hiemali sufficere non potest, ut fortassis in periculo eminere possit ne im maximis necessitatibus grandium morbo-

¹ Jedenfalls seit 1511 Pfarrer von Leuk, Dekan und Offizial von Sitten, 1532–1556, s. *Imesch*, Das Domkapitel von Sitten, S. 47, in Blätter aus der Wall. Gesch. VI, 47.

² mag. art. H. Kalbermatter, Domherr von Sitten seit 1508, wegen seiner Parteinahme für Supersax exkommuniziert 1512, s. *Imesch*, a. a. O. 98.

³ Pfarrer in Visp seit 1510. Domherr von Sitten 1525, s. *Imesch*, a. a. O. 99.

rum, nivium etiam et nivium ruinarum. Consulendum fecimus igitur et interposuimus nostras dedicationes, ordinationes et constitutiones subscriptas: Imprimis, quod jus patronatus capellae Sanctorum *Nicolai* et *Catharinae* juxta fundationem ejusdem, quam ita reperimus, abhinc perpetuis temporibus permanere et spectare debet ad praefatum venerabilem fundatorem et suos in perpetuum successores in sua genealogia. Item pronuntiamus et declarationem facimus, quod Rector pro tempore existens super eodem altari Sanctorum N. et C. debet, tenetur et sit obstrictus oboedire domino Priori, in eadem ecclesia existenti, et suis mandatis parere in omnibus licitis et honestis causis atque christifidelibus indigentibus sacrosancta administrare toties, quoties super hoc requisitus fuerit, tam ab ipso domino Priori quam quacumque alio speciali interveniente persona, ac domino Priori ejusdem ecclesiae fore et esse astrictus ad deserviendum in divinis adimplendis officiis in diebus dominicis et aliis quibuscumque festis solemnibus. Cum autem redditus et proventus ejusdem altaris sive capellae Sanctorum N. et C. graciliores videantur, ut inde rector enutriri non possit commode, mercenarius attamen dignus mercede sua, et juxta *Paulinum* dictum, qui altari servit, ex altari vivat, intuita quoque sacerdotali dignitate. Cum igitur comperimus, fundationem capellae loco *zuo Kyemat*¹ in dicta valle *Lyech* nostrae *Sedunensis* diocesis sub titulo et vocabulo beatae et intemeratae Virginis *Mariae* dotatam tribus libris Mauricensibus annui census, quem censem trium librarum rector existens in praescripto altari SS. N. et C. recuperare debet et potest in suum usum; implicare debet tamen tempore aestivo ab intrante Majo ad exeuntem mensem Septembrem singulis septimanis celebrare unam missam in praescripta capella *zuo Kyemat* juxta fundationem eiusdem.² Item ordinavimus, quod dominus Prior in dicta ecclesia pro tempore existens annuatim praedicto rectori expedire debet et integraliter persolvere sex libras Mauricenses in subsidium sui victus. Postremo declaravimus et constituimus, quod, dum et quando altare divae Virginis *Mariae* fundatum in dicta ecclesia S. *Martini* in *Lyech* vacet rectore, prout modo vacat, saepenominatus Rector SS. N. et C. ex ejusdem annualibus censibus potest recuperare quinque libras Mauricenses.

Data et promulgata est haec praesens nostra sententia et pronuntiatio declaratoria in dicta valle *Lyech* in stupa domus prioratus ejusdem loci praesentibus venerabilibus, spectabilibus disertisque viris domino *Heinrico Thryebman*³, *Johanne Militis*, artium liberalium magistro, curato *Sancti Lyenhardi*⁴, domino *Michahele Camelli*, capellanis nostris, *Nicolaq de Chivrone*, vicedomino *Sedunensi*, *Anthonio Venetz*, ballivo patriae, *Joanne Kalbermatters*, nostro architriclino, et aliis quam pluribus disertis et

¹ Wallfahrtskapelle in der Pfarrei Blatten.

² Nach heutiger Meßtaxe berechnet eine Verpflichtung von zirka 100 Fr.

³ Pfarrer von Grimslen, Familiaris Schiners.

⁴ Joh. M. (Ritter) machte seine Studien in Paris, Pfarrer von Naters 1534 bis 1539 und Domherr von Sitten 1534; Pfarrer von St. Leonhard 1539–42, 1550 Abt von St. Maurice.

honestis viris, necnon et *Joanne Zuntriegun* juniore de *Rarognia*, notario publico subscripto. In quorum praemissorum fidem et roboris testimonium has nostras litteras sub nostri sigilli appensione et manuali expeditione notarii subsignati concessimus in rerum gestarum memoriam et testimonium praemissorum. Datum die 13. mensis Maji a. d. 1534 praesentibus ut supra nominatis.

De mandato praelibati rev^mi d. episcopi *Sedunensis*

Johannes Zuntriegun, not.

5. *Testament von Domherr Peter Hertin.*

1542, 9. Mai Sitten.

(Orig. Pfarrarchiv Lötschen D₁₃. Pergament.)

In nomine Domini Amen. Notum sit omnibus Christifidelibus, quod cum venerabilis d. *Petrus Hertin* de valle de *Liech*, canonicus *Sedunensis*, inter se agitaret et secum revolveret humanae vitae miserias et fragilitates, vocem Dei vocitantis: Non permanebit spiritus in homine aeternaliter, quia caro est, et quod vita hominis quasi umbra pertransit et ut aqua delabitur; et quod nihil est certius morte, nihilque incertius illius hora nescitque homo, ubi, quando nec qualiter morietur, et quod melius est unumquemque in humanis testatum vivere, quam sub spe longioris vitae ab humanis intestatum decidere, meliusque esse praevenire quam praeveniri, et cum etiam animadverteret, quanta discrimina, dispositiones, rixae, discordiae, litigia, maledictiones et discensiones post mortem hominis defuncti advenient haereditatem dividendo, succedunt et oriuntur, et quod paucae et insufficientes elemosinae, suffragia aliaque pietatis opera ab haeredibus factae defuncti prosequuntur, sed cum sono timpani eorum transit memoria. Et si ipse homo sui ipsius oblitus est, dum vixit in humanis, a Deo post mortem et heredibus oliviscitur. Quibus praescriptis jam praecognitis, ipse praefatus d. *Petrus Hertin* testator notum fieri voluit praesentium serie universis et singulis praesentibus et futuris, quibus expedit, quod ipse die datae praesentium sanus mente et corpore et quinque suorum sensuum favente altissimo compos, a nemine requisitus, rogatus neque compulsus, sed motu proprio mature deliberatus fecit, condidit, ordinavit et in formam, quae sequitur, redigit suum ultimum testamentum nuncupativum et ejus ultimam voluntatem nuncupativam tali dumtaxat conditione, quod ipsum testamentum, cum voluerit, poterit et valeat sine quacunque contradictione augmentare vel minuere, in toto vel in parte renoverare et aliud testamentum facere. Casu quo nihil augmentare vel minuere vellet, sed in toto vel in parte renovaret, nec aliud testamentum faceret, vult, ut praesens ejus testamentum ultima eius voluntas irrevocabilis maneat sine quacunque contradictione:

Primo dictus d. *Petrus* testator animam suam nunc et in hora mortis, et dum a corpore regressa fuerit, altissimo creatori suo et intemeratae Virgini Mariae, SS. Petro, Paulo, Theodulo, Catharinae totique curiae coelesti humiliter recommendavit. Item sepulturam suam ordinavit et

elegit in ecclesia cathedrali *Sedunensi* loco convenienti, videlicet apud altare gloriosae V. M. versus meridiem, si dominis fratribus placeat, si vero in alio loco ipsum mori contingeret, tunc in dicta ecclesia, in qua obierit, sepeliatur. Item dies depositionis sui septimus et trigesimus cum honore et honestate unacum vigiliis, missis, oblationibus et ceteris honoribus dignis peragatur secundum facultatem honorum suorum. Item dictus dominus *Petrus* testator voluit, jussit et ordinavit, quod anniversarium suum omni anno celebretur die obitus sui, si conveniens fuerit, vel proximis diebus antecedentibus vel sequentibus in ecclesia *Sedunensi* super tumulo suo, si vero ibi non esset sepultus, fiat et fieri debeat super loco suae electae sepulturae. Item ad hoc persequendum instituit et ordinavit idem testator 15 librarum Mauricensium annualis redditus redimabiles cum 100 librarum etc. Item magis idem d. *Petrus* testator dedit, donavit et legavit 20 libr. Maur. in acquisitio ponendis parvo clero *Sedunensi*, et omni anno in vigilia S. *Galli*, sui, parentum et benefactorum faciant memoriam. Item magis praefatus testator voluit et ordinavit, quod in valle de *Liech* peragantur dies depositionis, septimus, trigesimus et preces communes, quae solent in dicta valle fieri pro defunctis, vulgo « das gemein Gebet », et una elemosina ad minus 10 libr. Maur.¹ Item idem testator domum suam, quam habet in dicta valle, dedit, donavit et perpetue largitus est, videlicet medietatem, truncum superiorem vel inferiorem dicti domus, quem ipse voluerit, videlicet *Johanni*, filio *Caeciliae*, sororis ipsius testatoris, pro benevolentia sibi testatori per dictum *Johannem* tempore pestilentiae exhibita, aliam vero medietatem dedit altari in dicta valle. Item magis dictus testator dedit, donavit et perpetue ordinavit spicardum, quem modo habet *Symon Hofer* cum alio adjuncto, donat eidem *Symoni* pro benemeritis suis. Item magis spicardum, quem tenet *Stephanus Hilprant*, dedit, donavit et perpetue legavit *Christando*, filio *Christinae*, sororis ipsius testatoris. Item magis etc. *Martino Majoris*, sororio suo videlicet partem suae areae, quam dictus testator emit et acquisivit a Domino *Petro Brunners*. Item magis etc. bona, quae emit a dicto Domino *Petro Brunners* quondam im *Ulsiggen*² cum omnibus juribus suis ad altare SS. *Nicolai* et *Catharinae* in dicta valle fundati, conditione tali dumtaxat, quod rector ipsius altaris celebret et peragat quolibet anno anniversarium quondam *Johannis Brunners* et *Petri* et *Annae* eorum parentum et omnium commissorum et Domini *Petri*, sui fratris et Domini dicti *Petri*, testatorum, donatorum cum sacerdotibus ibidem existentibus cum quattuor missis et cum proclamatione et offertorio consueto ad voluntatem, tali conditione apposita, si rector altaris ipsum anniversarium omni anno, ut praescribitur, non perageret, tunc Prior loci recipiat et peragat vel peragere faciat, ut praefertur. Et si Prior expeditionem dicti anniversarii non faceret, tunc amici ipsius testatoris et donatoris recipient fructus et distribuant pauperibus.

¹ Heute noch wird in Lötschen für jeden erwachsenen Verstorbenen am Sonntag nach dem Todestag in der Kirche der sogenannte Spendrosenkranz gemeinsam gebetet und von den Erben ein Almosen von 43 Fr. 47 entrichtet.

² Heute Elsigen, Kippel gegenüber.

Item magis etc. quod omnia alia bona, quae dictus testator habet in dicta valle, videlicet decimam monteni an *Gatten*¹, (h)ortum inferiorem ac alia mobilia vel immobilia qualiacunque singularibus non donata, debent *Caecilia*, soror ipsius testatoris, haeredibus *Christinae* quondam uxoris *Stephani Hilprant*, *Margareta*, *Verenae* sororis ipsius testatoris in aequali divisione dividere pacifice sine lite.

Item magis etc. in omnibus bonis suis existentibus extra vallem de *Liech*, mobilibus et immobilibus, tam sint illa in pratis, agris, vineis, alpibus, areis, (h)ortis, domibus, redditibus, debitibus in auro vel argento, clinodiis, utensilibus, ubicumque illa inventa fuerint in patria *Vallesii* vel extra, qualicunque nomine et vocabulo illa possint (vocari), facit et ponit heredem altare SS. N. et C. in ecclesia S. *Martini* vallis de *Liech* per dictum dominum *Petrum Hertin*, testatorem, in parte fundatum sub tali tamen paeclusione, praeservatione et conditione, quod ipsum altare faciat, persequatur seu exsequatur et expedit omnes praescriptas ordinationes, donationes et legationes ipsius testatoris factum vel faciendum, ut sub(se)quitur et declarabitur: Et primo vult idem testator et ante omnia, ut ipsum altare det, solvat et expedit heredibus ipsius testatoris singulariter subscriptis pro jure hereditatis dictorum bonorum, videlicet: *Caeciliae*, sorori ipsius testatoris, videlicet 50 libr. Maur. monetae Sed.; Item magis heredibus *Margaretae*, sororis etiam ipsius testatoris, 50 libr. Maur. monetae Sed.; item heredibus *Christinae* in *Gampil*, sororis ipsius testatoris, 50 libr. Maur. monetae Sed.; item heredibus *Verenae* quondam sororis dicti testatoris, 50 l. M. monetae Sed.; item heredibus *Elsae* in *Allamania* 50 l. M. monetae Sed.; item heredibus *Annae*, sororis etiam ipsius testatoris in *Allamania*, 50 libr. Maur. monetae Sed.; item *Christinae* senioris, commorantis *Friburgi*, 40 l. M. monetae Sed. Item magis dictus dominus *Petrus Hertin* testator voluit et ordinavit, quod omnia bona mobilia, quae *Anna Cronig*, ancilla sua ipsius testatoris hora mortis dicti domini *Petri* testatoris existentia in domo sua, quaecumque inveniantur, sint illa in auro, argento, vasis stanneis vel aliis, vestibus, linteaminibus, coopertoriis, ferramentis, calderiis, cupri, cyphi, et alia qualiacumque, qualicunque nomine et vocabulo nominari possint, sibi vel ipsi *Annae* remaneant et pacifice ac quiete illa possideat, nec cogatur de illis reddere rationem, sed ratione mercedis suae et multiplicitate beneficiorum ac humanitatis sibi testatori a 20 transactis annis ab ipsa *Anna* exhibitis. Et praecipue propterea, quod ipsa *Anna* domum, quam *Seduni* habet in *Mala Curia*, quam ipse testator sibi *Annae* modicum melioravit et interius reformavit, dedit, et cum voluntate tutoris sui *Petro In Dornen* et *Francisco Volken*, heredi suo, ad altare ipsius testatoris praescripti post ejus mortem, reservando sibi, (si) aliquos a corpore suo legitimos haberet heredes, et etiam in summa sive extrema necessitate, prout videbitur in instrumento inde confecto per prudentem virum *Nicolaum Kalbermatter*, notarium curiae *Sedun.*, etiam quod ipsa *Anna* ipso venerabili domino *Petro* testatori servivit 20 annis, et parum mercedis ab ipso habuit. Item magis dictus testator dicit et attestatus est, quod ipse

¹ Sommerweide (Alpe), Kippel gegenüber.

testator bona ipsius *Annae Cronig*, ancillae suaे, tenuit per spatium etiam 20 annorum et nihil retributionis nec census ab eodem testatore habuit. Ideo idem dominus *Petrus* testator dedit, legavit et ordinavit eidem *Annae Cronig*, ne cogatur propter paupertatem domum immutare vel alienare, videlicet possessionem, quam idem testator habet in campis planis¹, et nominatim omnia bona, quae ipse testator habet in dicto loco existentia, sint illa in pratis, agris, vineis, pascuis, viridariis, cum omnibus aliis juribus et pertinentiis suis, et solum ad vitam suam, et post ejus vitam reincorporantur altari autem antedicto. Et si ipsa *Anna* servilem et dishonestam vitam duceret, serviendo meretricatu et aliis indignis operibus, potest altare apponere manus et ad usum suum rehabere, prius tamen facta dictae *Annae* satisfactione pro mercede et censu bonorum suorum pro tempore, ut praescribitur. Item magis idem testator voluit et ordinavit, quod, postquam ipsum altare omnes ordinationes, donationes, legationes per dictum testatorem factas, praescriptas et subsequentes expediat et omnibus satisfaciat, quod illa bona immobilia, si quae remanserint inconsumpta, non vendantur neque immutentur, sed permaneant et remittantur (?) in locis, donec et quoisque similia in commodiori loco venalia inveniantur dicto altari approprianda. Item mobilia vero, si quae remanserint, non perveniant ad manus vel usum rectoris nec alicujus alterius, sed illa vendantur a majori usque ad minus, et cum illo pretio emantur dicto altari bona immobilia vel perpetui redditus, et hoc faciat ipse Rector et tutor sub poena perjurii et anathematizantis. Item magis etc. quod altare semper sine vacatione habeat tutorem, uno mortuo alias instituatur, qui unacum Rectore dictum altare regat, et provideat, quod omnia secundum tenorem fundationis peragantur, et juramento super Dei SS. Evangeliiis instituatur praestitis, et Rector altaris omni anno satisfaciat dicto tutori vel heredibus. Item idem testator vellet, quod Rector ipsius altaris semper secum haberet unum juvenem, quem informaret prima principia gramaticis et puerilia inducendo. Item magis etc. *Elsae* quondam *Verenae*, sororis dicti testatoris, videlicet 10 l. M. monetae Sed. propter deum (?). Item magis etc. quod praedictum altare nullo tempore vacet et sit sine Rectore; quod si continget, illo medio tempore vacationis recipientur redditus et dentur pauperibus. Item anniversarium per dictum testatorem et ejus parentes fundatum noviter, quod vocatur anniversarium de *Hertingo*, praefato altari annexum, si Rectori placet, potest per se illud peragere decenter et honeste secundum tenorem fundationis; quod si non faceret, tunc tutor ipsius anniversarii peragat vel peragere faciat, ipse vero altarista solvat, expediat omnes praesentias sacerdotibus debitibus totius anni, quia quattuor vicibus in anno, videlicet die Jovis in angaria² ante praedictum altare S. *Nicolai* peragatur. Redditus vero ipsius anniversarii reserventur pro cibatione sacerdotum et aliorum hominum illo die anniversarii ad ecclesiam confluentium, pro defunctis orantium et pauperum, ut illa elemosina et cibatio eo affluentius, epulentius et liberalius vel in

¹ Champlan, oberhalb Sitten.

² Fronfasten.

majori quantitate hominum, quam fundatio exprimat, expediri queat, si redditus plus sufficere poterint, quod committitur tutori ipsius anniversarii, quia praestito sibi juramento institutus est vel instituetur. Item idem testator preecepit, quod ipsum altare satisfaciat omnibus debitoribus suis, in quibus ipse testator tenetur in majori vel in minori. Item voluit (?) sobriare, ut quietare velit et faciat omnes clamos, querimonias, grusas (?) quorumcunque hominum secundum determinationem juris et videri proborum hominum, ut omnes justa petentes petitiones suas consequantur et effectum. Item magis voluit idem testator, quod si aliquis amicorum, consobrinorum vel quaevis persona seu quivis homo se interponeret et praesens testamentum irrumpere et subvertere, revocare et anihilare praesumeret, quod ille eidem sibi donatione in praesenti testamento ordinata privetur et ab aliis, qui se non opposuerint, aequali portione dividantur, et si omnes se opposuerint, debent altari praescripto omnia incorporari. Item magis ipse testator inhaerendo et adjungendo praemissis testatis praemissaque omnia et singula testata ratificando et corroborando dedit et legavit, donavit et perpetue largitus rev^m domino nostro d. *Adriano de Riedmaten, Sedunensi* episcopo, videlicet 10 scuta auri Solis boni et legitimi ponderis. Item etc. venerabi capitulo ecclesiae *Sed.* videlicet 10 scuta Solis boni et legitimi ponderis vel unum gubelletum argenteum ad voluntatem Dominorum. Item dictus d. *Petrus Hertin*, testator, instituit et ordinavit ac ore suo proprio nominavit executores sui praesentis testamenti videlicet rev^m d. *Petrum Allieti*, decanum et ceremoniarium *Sedunensem*, venerabiles dominos *Johannem Jordani*¹, *Petrum Ullienci*, *Petrum Majoris*, nepotem ipsius testatoris, canonicos *Sedunenses*. Volens et praecepis praefatus Dominus *Petrus* testator hoc autem suum esse ultimum testamentum nuncupativum et ejus ultimam voluntatem nuncupativam voluit et preecepit, quod et quam valere voluit jure testamenti ultimi nuncupativi ac jure legati et donationis causa mortis, quo jure, si non valeret, voluit, quod valeat jure codicillorum ac jure cuiuslibet alterius ultimae voluntatis atque secundum laudabilem consuetudinem et statutorum patriae *Vallesii* ac libertatum civitatis *Sedunensis* ac omnibus aliis juribus et consuetudinibus, quibus vel eorundem alteris (?) mediantibus melius et efficacius valere et roboris firmitatem obtinere poterit. Inde item dominus *Petrus*, testator rogavit cartam testamenti fieri unam vel plures, ad opus cuiuslibet intererit et interesse poterit, et testes apponi, qui sic vocantur: praefatus venerabilis dominus *Petrus Ullienci*, canonicus *Sedunensis*, honestus dominus *Mauritius Montaneri*, sacerdos, magister *Christandus Herbort*, magister scolae *Sedunensis*² et *Petrus Grissoz*, *Stephanus Schuler*, cives *Sedunenses*. Et ego *Claudius Masseti*, notarius, civis *Sedunensis*, qui hanc cartam recepi et per alium idoneum scribam scribere feci vice venerabilis Capituli *Sedunensis* cancellarii tenentis. Cui si quis

¹ Nachmals Bischof von Sitten (1548–65).

² Wahrscheinlich identisch mit dem ungenannten Schulmeister von Sitten, dessen Gehalt im Dezember 1537 vom Landrat festgesetzt wird, s. Blätter aus der Walliser Geschichte, II, 101.

contraire praesumpserit, maledictionem Dei incurrat et 60 libr. Maur. cum obolo (?) aureo regiae praesentari (?) persolvat.

Actum *Seduni*, in castro *Valleriae*, in stupa nova domus habitationis dicti d. *Petri Hertin* testatoris, die 9. mensis Maji a. d. 1542, *Carolo imperante, Adriano de Riedmaten Seduni* episcopante. *Claudius Masseti*, not.

(Orig. Pfarrarchiv Lötschen D₁₃ Pergament.) J. Siegen, Prior.

Hexenwahn in Mellingen im Jahre 1672.

« Den 27. Meyen 1672 hand M. G. H. *Schultheis von Klein und Grosem Rat* erkent und gesprochen, wil *Brigita Schriberin von Münster*¹ sich 40 Jar alhie gewonet, under der Zit durch Antrib des bösen Geists Got und seine Heiligen verläugnet, auch vil Lüt und Vich verderbt, sol si mit dem Strangen uf einer Leitern erwürgen und sampt der Leitern underobsich ins Für werfen. Dato hat unser *Pfarrer*² Bricht brocht: hab si wellen Bicht behören, hab si bekent, der bos Geist, ir Buol, stand nebend ime; ob er in nit gesechen; hab er in nit gesechen; daruf er heimgangen und heilige Sachen zue im genommen, darnach widerumb zuefriden worden. — Den 28. Meyen 1672 ist von M. G. H. *Klein und Grosem Rat* erkent, das obgemelte *Schriberin* sol mit dem Strangen uf einer Leitern erwürgen, darnach sampt der Leitern ins Für werfen und verbrennen. »³

Konrad Kunz.

Wie man ehemals das Ergebnis der Papstwahl erfuhr.

Für die Person eines neugewählten Papstes zeigt jeweilen die ganze katholische Welt großes Interesse; ja sogar die im Glauben getrennten Brüder bemühen sich gegebenenfalls, das Wahlergebnis möglichst rasch zu erfahren und zu verbreiten. Im Zeitalter des Telegraphen, des Telephons und der drahtlosen Funksprüche erwartet jeder Abonnent einer Zeitung,

¹ Nach dem Geschlechterbuch Mellingen, 292, wäre ein *Anton Schriber*, Ziegler, von Ettiswil (Kt. Luzern), 1631 Bürger in Mellingen, mit einer *Brigitta Schriber*, Frau des Johann Jodok Karlin von Mellingen (a. a. O., 43), seiner Schwester (?), im Jahre 1648 hingerichtet worden; während Anton Schriber nach dem Sterbebuch, Blatt 126a, am 2. August 1648 als tot erscheint, melden m. W. andere Urkunden sonst nichts über den Tod Brigittens. Pfarrer Gretener hat sich im Gschlb. wohl geirrt!

² *Johann Kaspar Beye* von Mellingen, Sohn des Johann Rudolf und der Barbara Schmid von Baar, wurde geboren am 2. Hornung 1644, war vom 8. Mai 1671 bis zum 8. Jänner 1700, wo er starb, Pfarrer seiner Heimatstadt, deren jetzige Pfarrkirche er 1675 erbaute. Wohl bis 1688 war er Schriftführer und von da an Sextar des Priesterkapitels Mellingen. (Stadt- und Pfarrarchiv Mellingen; Meng, Landkap. Mellingen; vgl. auch « Heimatklänge », Sonntagsbeilage zu den « Zuger Nachrichten », Nr. 21, 1921, wo über zwei geistliche Verwandte Beyes berichtet wird). — Eine ausführliche Lebensbeschreibung dieses Pfarrers mit genauen Nachrichten über den Kirchenbau und Kunstgegenstände, besitze ich handschriftlich. — ³ Ratsprotokolle.

wenigstens am Tage nach der Beendigung des Konklaves, den Namen des neuen Kirchenoberhauptes in seinem Leibblatt oder in einem Extrabulletin lesen zu können. Wie ganz anders früher! Vorerst dauerten die Wahlverhandlungen im Hinblick auf die politischen Verhältnisse des Kirchenstaates manchmal recht lange, z. B. bei der Wahl des Papstes Gregor XVI. im Jahre 1831 nicht weniger als 50 Tage. Die zwei vorausgehenden Konklave, aus denen 1823 Leo XII. und 1829 Pius VIII. hervorgingen, hatten jeweilen fast ebensoviel Zeit beansprucht und dadurch die Neugier und Ungeduld der Gläubigen gesteigert. Bei dem gänzlichen Mangel an Eisenbahnen und Telegraphenlinien blieb sodann für die rasche Verbreitung des Wahlergebnisses nichts anderes übrig als die Fntsendung von *reitenden Eilboten*. Dies war zum letztenmal im Jahre 1846 bei der Erhebung Pius IX. der Fall, wofür Bauinspektor *Martin Gisler* von Flüelen, später in Altdorf, einen interessanten Beleg lieferte, der es wohl verdient, festgehalten und bekannt gemacht zu werden. Gisler, geboren den 14. September 1820, gestorben den 28. Juli 1901, erzählte nämlich seinem ältesten Sohne, P. Mauritius O. S. B. in Jerusalem, er habe als junger Mann in der Eigenschaft eines Schiffsgesellen zu *Flüelen* zur Zeit des Konklave im Jahre 1846 den Befehl gehabt, Tag und Nacht ein *Schnellschiff* bereit zu halten, um den Boten aus Rom sofort nach seiner Ankunft über den See nach Luzern, dem Wohnsitz des schweizerischen Nuntius, weiterbefördern zu können. Es sei dann wirklich ein *Kurier* zu Pferde eingetroffen, der in den Dörfern, die er passierte, nach allen Seiten Zettel mit dem Namen des neuen Papstes Pius IX. ausgeworfen oder verabreicht habe. Wenn dieser Kurier in den Gasthäusern Halt machte, um zu speisen oder auszuruhen, so schrieb er während solchen Pausen von Hand neue Zettel, indem die letztern vermutlich nur eine gedruckte Formel, ohne den Namen des Neugewählten enthielten. Der Druck einer größeren Zahl von vollständig ausgefüllten Zetteln hätte die Abreise der Eilboten wahrscheinlich zu lange verzögert. Glaublich sandte die römische Kurie derartige Boten nicht überall hin, sondern nur in die benachbarten Länder zu den Nuntien, die dann ihrerseits die Nachricht weiter zu verbreiten hatten.

Angesichts der langen Dauer der letzten noch in Erinnerung gebliebenen Konklave war man 1846 über das schnelle Eintreffen des Kuriers in Uri sehr überrascht. Gregor XVI. starb am 1. Juni; in Uri wurde jedoch diese Nachricht erst am 7. Juni bekannt, und der offizielle Trauergottesdienst fand am 1. Juli statt. Die Wahl Pius IX. erfolgte schon am 16. Juni und wurde am 17. früh verkündigt. Dr. Karl Franz Lusser († 1859) notierte sich unter dem Datum des 21. Juni: « Ein durch eilender Kurier bringt die Nachricht, daß die Papstwahl schon stattgefunden F: Mastai¹ als Pius IX. » Dabei verweist Lusser auf das « Urner Wochenblatt » von 1846, S. 102 und 107. Leider gelang es mir nicht, diesen Jahrgang in Altdorf, Luzern und Bern aufzutreiben; er würde offenbar die Erzählung Gislars bestätigen.

Eduard Wyman.

¹ Lusser wollte hier entweder schreiben: scilicet Mastai etc. oder Feretti-Mastai. Bei den ersten Meldungen mochte die richtige Form des Familienamens noch nicht überall geläufig sein.